



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Considerationes pomeridianæ: ex eodem Ioan. Gersen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

totius meae reliquae vitae spem in te committam, sperabo semper in misericordias tuas magnas nitens, ex animo te amabo, & ad vitae finem, cum tua gratia, sic perseverabo.

CONSIDERATIO I. POMERIDIANA.

De tolerantia malorum huius vitae, ad evadendas purgatorij pœnas:

Si futuras inferni, sive purgatorij pœnas Gerf. l. 2. cordialiter perpenderes, credo, quod libenter laborem & dolorem sustineres, & nihil rigoris formidares: Oportet, transire per ignem & aquam, antequam venias ad refrigerium. Melius est modicum purgare peccata, & vitia resecare, quam in futuro purganda reservare. Habet verò magnum, & salubre purgatorium homo patiens, qui suscipiens injurias, pro contrariantibus sibi libenter orat; qui violentiam facit, & carnem omnino spiritui subjugare conatur. Gerf. l. 2. c. 21. 5. Ib. c. 22. 5. & c. 24. 2.

CONSID. II.

De humili Confessione suarum Culparum.

Domine! nihil boni egisse me recolo, sed Idem l. 3. 52. 2. semper ad vitia pronum, & ad emendationem

tionem, pigrum fuisse. In veritate confiteor
quia dignus sum omni ludibrio & contumtu,
nec decet me inter devotos tuos comitari.
Et licet hoc agrè audiam, tamen
versum me pro veritate peccata mea quod
diana arguam, ut facilius misericordiam
tuam merear impetrare.

CONSID. III.

De spe, & fiducia in Dei misericordiam.

Idem l. 3. c. 59. 1. **S**ed quæ est, ô Domine! spes mea, in hac vita habeo? aut quod majus tuium meum ex omnibus apparentibus nonne tu Domine Deus meus, cujus misericordiam non est numerus? Tu clemens misericors es, qui non vis perire opera ad ostendendum divitias bonitatis tuae misericordiam, etiam præter omne metum
Supr. cit. c. 59. n. 3. In te ergo Domine Deus meus ponam spem meam. Ad te sunt oculi mei; in te habeo fidem misericordiarum Pater. Protege et conserva animam servuli tui, ut nihil in te inveniatur, quod oculos tuos in te
statis offendat.

(MARIA)